

et, quam interdiu ab Arcto spirantes uentos accipiat. hactenus Galenus. In usu uero ciborum spinalis medulla id nutrimenti corporibus exhibet, quod cerebrum. Idecirco pituitosum, ac crassum generat succum, aegrè concoquitur, uentriculo nocet, nauseam concitat: robustis tamen uentriculis concocta, bonum prebet alimentum. Porro que ex ossibus elicetur medulla, quanquam largius sumpta uentriculi appetitiam destruat, pituitanq; gignat; si tamen prope conficiatur, ualentissime nutrit, magis q; ori placet, quam spinalis, quod haec sapidior sit in omnibus suis partibus.

Muēλος Græcē, Medulla Latinē uocatur: Arabicē, Mochial halbadam, seu Moch simpliciter: Italicē, Midolla: Germanicē, Marck: Hispanicē, Tuetanos, & Tutanos: Gallicē, Moelle.

Χολή. F E L.

C A P. LXXI.

FEL omne reponitur hoc modo. Recens præligato ore folliculi lino tandiu demissum in seruentem aquam, dum quis spatium trium stadiorum percurset, mox exemptum siccatur vmbroso loco, aspergiam non redolente. Sed quod ad oculorum medicamenta adjici solet, ligatum lino in vitreū vas, quod mel habeat, immittitur: circumuoluto ad os vasis lini principio, & opero vase reconditur. Est autem omnis sellis uis acris, & excalsaciens: intensis tamen, & remissis viribus differunt. Siquidem præstantius in effectu esse videtur fel marini scorpionis, & pisces qui callionymus appellantur, marinae testudinis, hyænaeque: item perdicis, aquilæ, galline candidæ, & sylvestris capræ. quod priuatim prodest contra suffusiones incipientes, & oculorum caligines, argemas, & genarum scabritias. Oquillo, suillo, hircino, atque vrsino, taurinum multò efficacius. Felle omni persicilem, præsertim infantibus, deiectionem quis molietur, si intinctum eo tomētum, aut fimbriam sedi subiicit. Priuatum taurino anginæ cum melle perunguntur: sedis vlcera sanat, & ad cicatricem usque perducit. Idem auribus fractis, & purulentis cum muliebri lacte, aut caprino instillatum, medetur: & sibilo earundem ex porri succo. Admiseri infueuit vulnerarijs emplastris, & circumlinitionibus, quæ contra venenata parantur: phagedænicis vlceribus, colis, & scroti doloribus ex melle prodest: lepras, surfures cum nitro, & terra cimolia quam optimè purgat. Oquillum, & vrsinum contra eadem pollut, verùm inefficacius haec præstant. Vrsinum eclegmate comitiales adiuuat. Fel testudinum anginis, & in ore infantium nomis, prodest: naribus inditum comitiales erigit. Sylvestrium caprarum felle peculiariter peruncti lusciosi sanantur. Hircinum idem obit munus: thymia abolet, & luxuriantes elephanticorum extuberances illitu reprimit. Suillum autem contra aurium vlcera, reliquaque omnia magno usu assumitur.

**Q**VANVIS de sellis reponendiratione, atq; etiam de eius uiribus abunde scripscris Dioscorides; non tamen ob hoc prætermittenda existimauit nonnulla, que à Galeno libro x. simplicum medicamentorum de sellis facultatibus scitè memoriae sunt commendata. Est igitur fel (auctore Galeno) succorum, qui in quoque sunt animalium, calidissimum. Itaq; sicuti sanguinem, & carnes dissimiliter temperata obtinent animalia, eadem ratione & fel. Quocircā etiā lidissimorum fel, aliorum quoq; animalium fel excellere necesse est: & quæ illis minus sunt calida, proportione & hunc humorē illis inesse minus calidum, quantò seicit & in alijs sunt inferiora. Ceterū haec differentiae habentur non modò pro diuerso animalium genere, quod haec magis, illa uero minus calida sint; uerū etiam pro diuerso eiusdem generis animalium temperamento, ac etiam irritamento. Quandoquidem fel tauri interficti, qui funibus adalligatus, uiolenterq; diu tractus, & cursu, & canum latratu defatigatus, & stim, famemq; & multum laborem perpessus fuerit, ab eius felle plurimi differrunt inuenientur tum substantia, tum colore, tum facultate, qui in paseuis latus, liberq; uitam desidem, ac quietam duxerit. Nam defatigati, ac uexati animalis fel substantia crassius erit, colore nigrius, aut uiridius, aut magis ceruleum, magisq; ærugini simile: ob idq; etiam longè calidius erit, quam alterius, qui in pace, & otio degerit. Ideoq; fel animalium quantò tenuius est, ac colore constat dilutiore, tantò minus spissoribus & magis colore saturatis excalfacit. Gignitur in bubulo felle lapis quidam nonnunquam oui magnitudine, croceo colore, facileq; frangible, cuius Dioscoridem, & Galenum meminisse non reperio. Hic (ut plerique perhibent auctores) potus, uescicæ calculos comminuit. Naribus inditus uisum mirificè acuit, & aquam in oculos fluentem inhibet. Tritus lenti quantitate, & bete succo commistus, & in erinis naribus attractus, comitilibus subuenit. Non desunt etiam qui idem magno successu ex uino exhibeant potandum felle suffusis. Denique aurate, lupi pisces, perditis, & galli gallinacei felle mirificè delectantur in coitu foemine, si uiri penis eo perungatur. Quod Græcis χολή, Latinis, Fel appellatur: Arabibus, Saracac, aut Merara: Italis, Fiele: Germanis, Goll: Hispanis, Hiel: Gallis, Fiel.

Aīμα. SANGVIS.

C A P. LXXII.

SANGVIS anseris, anatis, & hœdi, utilissimè in antidota miscentur. Palumbi autem, turtris, & columbae, necnon perditis, oculis cruro sussus, & recentibus eorum vulneribus, lusciosque illinuntur. Peculiariter columbae sanguis, cruro membranis cerebri crumpentem inhibet. Hirci, capræ, cerui, & leporis sanguis inassatus sartagine, dysenterias, & cœliacorum profluvia fit: in uino potus contra toxica efficax est. Leporinus sanguis ita ut repet illitus, uitia cutis in facie, lentiginesque emaculat. Caninus commodè ab his bibitur, quos efferata in rabiem bestia momordit: contra epotum toxicum auxilio est. Testudinis terrestris sanguinem epotum tradunt prodesse

desse comitialibus. Marinæ autem testudinis cum vino, & leporis coagulo, cum in quo contra serpentium morsus, & hausta rubetæ venena conuenienter bibitur. Taurinus cum polenta illitus, duritas discutit, emollitque. Sanguis equarum, quæ admissuram expertæ sunt, in medicamenta additur, quæ eridunt, septica vocant. Sanguine chamæleonis genarum palpebras euelli creditum est. Hoc idem viridium ranarum sanguine præstatur. Menstruus sanguis fœminarum, circumlitu conceptum inhibere existimatur: aut si omnino mulier menstrua supergrediatur. Ieuat podagræ dolores, & ignem sacrum illitus.

- D I S S E R E N S** de sanguine Galenus, statim initio libri x. de simplicium medicamentorum facultatibus, et si Sanguinis cōsideratio.
- minime eat inficias, quin animalium sanguini aliquid insit, quod medicamentorum usui recte competit, ut Dioscorides, & pleriq; aliij, qui de eius uiribus scripsierunt, liquido affirmarunt: declarat tamen, multa de sanguinis uiribus à scriptoribus esse prodita, quæ factò periculo fabulosa potius, & uana reperiuntur, quam uera. Siquidem, ut idem refert Galenus, falsum sane esse omnibus in confessio est, quod epotus noctuæ sanguis difficulter spirantes sanitati restituat. Vespertilionum uero perunctis utrinquim manumis, eas extubare non sinat: pilosq; renasci inhibeat, ijs partibus illitus, unde recenter ipsi euulsi fuerint. Falsum similiter esse afferit, comitiales eibito agni sanguine curari: pilosq; è palpebris euulsi renasci prohiberi uiridium ranarum cruento. Quibus facile coniucere possumus, hoc in loco Dioscoridis codicem librarium fortasse culpa mendosum esse. Quippe quod ibi legatur, oculorum palpebras ranarum uiridium sanguine depilari, cum potius Galeni testimonio (et si sententiam hanc non approbet) euulsi in palpebris pili harum sanguine renasci prohibeantur. Quin & aliud huic capiti mendum subesse uidetur: quod hic eis, quæ de admissiorum equorum sanguine prodidit Galenus, de equarum sanguine, quæ admissuram expertæ sunt, legantur. Nisi forte interpretum uitium sit, qui sexum in Dioscoride perperam mutarint. Præterea inquit Galenus. Tametsi non desint, qui turturis, uel columbe sanguinē præferant in perforata caluaria, ubi rosaceo melius inuenire nihil possit: nonnulli uero laudibus extollant gallorum, gallinarumq; sanguinem ad sanguinis fluorem è cerebri membranis: crocodili uero terrestris ad roboram oculorum aciem: admissiorum equoru, quod septicus sit, ad exulcerandam ubiq; cutim: domesticorumq; murium ad ἀνεοχόδοντας Græcis uocatas; id tamen nunquam experiri uolui. Metuebam enim (inquit) ne curiosus, uel stolidus uiderer, si tantis, tamq; probatis remedis semel preteritis considerem, sanguinem horum animalium illi plus posse præstare. Quod si quis hæc experiri uollet, certoscio, damnabit non modò, qui talia scripsierunt, sed & se de lusum factò periculo reperiet. Taurinus autem sanguis epotus antea quam concrescat, inter deleteria recensetur medicamenta, quod haurientem protinus strangulet, ut sexto uolumine affusus dicetur. Eius nomen Græcum αἷμα: Latinum, Sanguis: Arabicum, Dem: Italicum, Sangue: Germanicum, Bluot: Hispanicum, Sangre: Gallicum, Sang.

A'ω'πατος. FIMVM.

CAP. LXXIII.

- A R M E N T A R I A E** bouis fimum, si recens admoueat, vulnerum inflammations mitigat: folijs autem inuoluitur, & calfactum cinere feruenti superponitur. coxendicis cruciatus fotu compescit: illitum ex aceto duritas, panos, & strumas discutit. Priuatim suffitum fimi, quod à masculo bove redditum est, procidentes vuluae reprimuntur: accensi nidore culices abiguntur. Fimum capraru, præsertim in montibus degentium, potum in uino, regium morbum emendat: menses cit cum odoramentis hauustum, & partus euocat. Tritum in farinam, & impositum lanis cum thure, fœminarum profluua fistit, cæterosque sanguinis impetus ex aceto cohibet. Medetur alopecijs exustum, & cum aceto, aut oxymelite illitum: cum axungia verò impositum his, qui podagra tentantur, auxilio est. Caprillum in aceto decoctum imponitur serpentium morsibus, ulceribus quæ serpunt, igni facro, & parotidibus. Vtilem ischiadici vñctionem hunc in modum accipiunt. In eo interstitio, vbi pollex brachiali committitur, caua veluti lacuna subfistet, in qua lana oleo imbuta substernitur, deinde sigillatim feruentes stercoris caprini pilulae imponuntur, dum vapor per brachium ad coxam sentiatur peruenire, & coxendicis dolorem mitigare. adustio id genus Arabica appellatur. Ouillum ex aceto illitum sanat epinyctidas, clausos, peniles verrucas, thymos, & ambusta igni, rosaceo cerato exceptum. Fimum suis syluestris aridum, in aqua, aut vino potum, reiectiones sanguinis fistit: vetustum lateris dolorem mulcit: ad rupta, & conuulsa ex aceto bibitur: luxatis cum cerato rofaceo medetur. Tam asinorum, quam equorum fimum, siue crudum, siue crematum, addito aceto, sanguinis eruptions cohibet. Armentarij, qui herba pascitur, siccum fimum liquatum in vi- no, mox potum, contra scorionum iætus magnopere auxiliatur. Columbinum vehementius & excalfacit, & vrit: cum hordeacea farina mistum, strumas ex aceto discutit: carbunculos emarginat, tritum cum melle, lini semine & oleo: ambusta igni medetur. Gallinaceum verò omnia eadem, sed inefficacius præstat: priuatim tamen contra venena fungorum, & coli cruciatus ex aceto, aut vi- no bibitur. Ciconiæ fimum, si ex aqua hauriatur, comitialibus prodesse credunt. Vulturini fimi nidore partus excuti produntur. Murinum detritum cum aceto, & illitum, alopecijs medetur: cum thure, & mulso calculos expellit: subditæ infantibus muscerda, alii deiectionem promouent. Caninum, quod flagrantissimo canis sydere fuerit exceptum, cum vino, aut aqua potum, fistit aluum. Humanum stercus illitum, vulnera ab inflammatione vindicat, & obiter intumescere non patitur:

sed

sed ea statim glutinat. siccum ex melle anginae perungi commodissime traduntur. Terrestris crocodili sumum, crocodileam vocant, quae mulieribus colorem nutrit in facie, nitoremque seruat. Optima est candidissima, & friabilis, amyli modo, minimè ponderosa, in humore statim eliquescens: quæ cùm teritur, fermenti acorem quadântenus refert. Adulterant eam sturnorum simo, quos captos oryza pascunt, ipsumque non dissimile vendunt. Alij amyllum, aut cimoliam miscent, & adscito anchusæ colore per rarum cribrum paulatim exprimunt, ut se contrahat in vermiculorum speciem: qui siccata pro crocodilia vaneunt. Inter omnes conuenire inuenio, humanum sterlus, canumque gutturi impositum, anginis auxiliari.

Stercoris ui-  
tes ex Gal.

**S T E R C U S**, ut posteritatis memorie prodidit Galenus libro x. simplicium medicamentorum, uim habet uel maxime digerentem. Verum humanum ob factorem abdominalium est. At bubulum, caprinum, crocodilorum terrestrium, & canum, ubi ossibus duntaxat uestiuntur, neq; grauiter olet, & multa experientia non tantum nobis; sed & alijs medicis me natu maioribus comprobatum est. Siquidem Asclepiades, cui cognomentum erat Pharmaceon, & alia omnia composta medicamenta collegit, ut multos impleret libros, & stercore ad multos sepe affectus utitur, non modo medicamentis, quæ foris imponuntur commiscens; sed ijs quoque, quæ intrò in os sumuntur. Ceterum humani steroris experientum.

Humani ster-  
coris experi-  
mentum.

Ascidie quidam à phlegmonis ad fauces existentibus uexabatur, adeò uehementer, ut suffocationis subiret periculum, & sanè ob hoc periculum uenam secare cogebatur. In hunc cùm forte quis incidisset, pollicitus est se præbitum medicamenti experimentum, & se uocari, si quando rursus aliqua in parte gutturis emucuissest phlegmone, ante sanguinis missionem præcepit. Itaq; uocatus, medicamento illito, statim hominem curauit. Ut autem iterum proficit, non in ipso tantum; sed & in alijs, qui similiter erant affecti, rogabatis, qui assiduo suffocari periclitabantur, data mercede, ut se medicamentum illud doceret. Erat enim ille & locuples, & in pecuniae sumptu liberalis. Porro ubi conuentum esset de pretio, is qui uendebat scripturam: Hoc medicamentum, inquit, per antipathian quandam utilitatem obtinet. Esse autem eam antipathian, ut qui curatur nesciat, unde conficiatur. Iusit itaq; alium daret, qui pro ipso disceret, quiq; iure iurando recipere, se nulli eius medicamenti facturum copiam, priusquam ipse, qui dedisset, foret defunctus. Itaque à morte eius, qui indicarat, non tantum ille qui didicerat, suum hominem; sed & alios sanabat: & mibi ne petenti quidem medicamenti exemplum uolens ac lubens obtulit. Erat autem sterlus pueri siccum, cum melle Attico ad laxuorem tritum. Vicitabat autem puer, cuius sterlus accepturus erat, ut ipse qui medicamentum dederat ostendit, lupinis, illis uidelicet, qui ex more edi solent cum pane bene cocto in cibano, modicum salem, & fermentum habente. Præbebat autem bibendum unum uetus: atq; hæc omnia mediocri in quantitate, modo ut perfecte ea puer posset concoquere. Itaq; cùm primo die eo uictu esset usus, pester tanen die nondum sterlus capiebat, sed in eo quoq; die rursum eodem alebat uictu, ac tertio demum excretum sumebat: ac postea arefacto uestebatur, similiter ut stercore canino, ut antè dictum est. Dicebat autem illum, qui doceuerat, fugitatem alios cibos ob factorem, prætulisse lupinos: se se uero experimenti gratia, carnes gallinaceas, aut perdicum ex aqua, aut tenui iure bene coctas persépe exhibuisse, & medicamentum nihil minus operatum. Atque ego sanè hæc tibi de humano stercore narrare possum. hæc Galenus. Ceterum fit ex humano stercore uitris organis aqua, præsertimq; ex eo, quod homo rufus excreuerit, que cuniculos, exedentibus, sinuosis, & contumacibus ulceribus mirifice opem præstat. Delet & oculorum argemis, ac nubeculas. Quinetiam carcinomata sanat extreius adhibita. Intus uero sumpta comitiales iuuat: lapidem in renibus, & uestica comminuit: aqua intercute laborantibus prodest: item & ijs auxiliatur, qui non modo à cane rabido demorsi sunt; sed etiam ab omnibus alijs animalibus iicti, quæ uenenum eiacylantur. Porro oleum, quod post eius stillatitiam aquam ab organo emanare solet, carcinoma 40

Aqua, & oleū  
ex humano  
stercore.

sinus, aliaq; ulcera, quæ Græcis cacoëthe dicuntur, etiam ualentius sanat. Bubulum deinde sterlus (ut idem Galenus citato loco scriptum reliquit) exiccatis, attrahentisq; & ipsum est facultatis, ut palam facit, dum apum ueſparumq; morsus iuuat. Atq; hæc ut à proprietate substantie totius iuuentur, fieri potest. Ceterum humidum illud uere collectum, cùm boues herbas depascuntur, impositum rusticorum phlegmonas discutit, & aqua intercute laborantes iuuat. Scire tamen oportet, omnia id genus medicamenta duris agrestium hominum corporibus aptari, nempe fossorum, & messorum, & qui opus obeunt adeò ualidum. Que & ad eorum scirrhosos tumores aceto in cataplasmatis formant composta illuntur. Caprinum preterea digerentis, & acris est facultatis, adeò ut induratis scirrhorum in modum tumoribus congruat, nec tantum lienis, ad quos creberrime medici non pauci huiusmodi stercore applicant; sed etiam aliarum partium. Siquidem ego (inquit Galenus) eo usus sum ad genu tumorem habens inueteratum, & agrè solubilem, iusso fieri cataplasmate ex farina hordeacea per oxycratum, indito uidelicet hoc stercore, & mirifice homo ille fuit adiutus. Erat autem rusticus, in quo id factum est. Et iam etiam alius rusticus, cùm sic usus esset, non tantum in genu; sed etiam alijs in partibus ad tumores similes, perinde adiutus est. Nam acris est medicamentum, quam ut mulieres urbanas, aut pueros, aut omnino qui molli sunt carne, sanare posse. Quin & ad aquam intercitem, & ad splenicos uarie caprino stercore utimur. Sed & ustum tenuiorum quidem partium, uerum haud manifeste redditur acris. Quanobrem sane ad alopecias congruit, & omnia adeò quæ extergentia medicamenta desiderant, ut lepras, psorias, lichenas, & hoc genus alia. Miscent & digerentibus cataplasmati, qualia sunt quæ accommodantur ad parotidas, & bubonas diuturniores. Est enim uis eius cuiusq; etiam iusti, abstersoria, & digerens, nec eam paruam habet digerendi potentiam. Nam medicus quispiam ex ijs, qui in agris, & uicis medicinan exercens, uestebatur eo ex aceto ad uiperarum morsus, & multo sane etiam magis aliarum bestiarum, ac profecto ex ijs complures seruauit. Et hic ipse quoq; medicus arquatis potandas ipsas πτυχάδοις, hoc est, pilulas caprinas ex uino præbuit, & ad profluum muliebre cum thure apposuit. Que omnia sane optimus medicus ignorare non debet. cœrum

Bubuli ster-  
coris ui-  
tes ex Gal.

Caprini ster-  
coris ui-  
tes ex Gal.

Ceterum fit ex humano stercore uitris organis aqua, præsertimq; ex eo, quod homo rufus excreuerit, que cuniculos, exedentibus, sinuosis, & contumacibus ulceribus mirifice opem præstat. Delet & oculorum argemis, ac nubeculas. Quinetiam carcinomata sanat extreius adhibita. Intus uero sumpta comitiales iuuat: lapidem in renibus, & uestica comminuit: aqua intercute laborantibus prodest: item & ijs auxiliatur, qui non modo à cane rabido demorsi sunt; sed etiam ab omnibus alijs animalibus iicti, quæ uenenum eiacylantur. Porro oleum, quod post eius stillatitiam aquam ab organo emanare solet, carcinoma 40

sinus, aliaq; ulcera, quæ Græcis cacoëthe dicuntur, etiam ualentius sanat. Bubulum deinde sterlus (ut idem Galenus citato loco scriptum reliquit) exiccatis, attrahentisq; & ipsum est facultatis, ut palam facit, dum apum ueſparumq; morsus iuuat. Atq; hæc ut à proprietate substantie totius iuuentur, fieri potest. Ceterum humidum illud uere collectum, cùm boues herbas depascuntur, impositum rusticorum phlegmonas discutit, & aqua intercute laborantes iuuat. Scire tamen oportet, omnia id genus medicamenta duris agrestium hominum corporibus aptari, nempe fossorum, & messorum, & qui opus obeunt adeò ualidum. Que & ad eorum scirrhosos tumores aceto in cataplasmatis formant composta illuntur. Caprinum preterea digerentis, & acris est facultatis, adeò ut induratis scirrhorum in modum tumoribus congruat, nec tantum lienis, ad quos creberrime medici non pauci huiusmodi stercore applicant; sed etiam aliarum partium. Siquidem ego (inquit Galenus) eo usus sum ad genu tumorem habens inueteratum, & agrè solubilem, iusso fieri cataplasmate ex farina hordeacea per oxycratum, indito uidelicet hoc stercore, & mirifice homo ille fuit adiutus. Erat autem rusticus, in quo id factum est. Et iam etiam alius rusticus, cùm sic usus esset, non tantum in genu; sed etiam alijs in partibus ad tumores similes, perinde adiutus est. Nam acris est medicamentum, quam ut mulieres urbanas, aut pueros, aut omnino qui molli sunt carne, sanare posse. Quin & ad aquam intercitem, & ad splenicos uarie caprino stercore utimur. Sed & ustum tenuiorum quidem partium, uerum haud manifeste redditur acris. Quanobrem sane ad alopecias congruit, & omnia adeò quæ extergentia medicamenta desiderant, ut lepras, psorias, lichenas, & hoc genus alia. Miscent & digerentibus cataplasmati, qualia sunt quæ accommodantur ad parotidas, & bubonas diuturniores. Est enim uis eius cuiusq; etiam iusti, abstersoria, & digerens, nec eam paruam habet digerendi potentiam. Nam medicus quispiam ex ijs, qui in agris, & uicis medicinan exercens, uestebatur eo ex aceto ad uiperarum morsus, & multo sane etiam magis aliarum bestiarum, ac profecto ex ijs complures seruauit. Et hic ipse quoq; medicus arquatis potandas ipsas πτυχάδοις, hoc est, pilulas caprinas ex uino præbuit, & ad profluum muliebre cum thure apposuit. Que omnia sane optimus medicus ignorare non debet. cœrum

terior potiora eligere potissimum ad urbanos, & honoratos, alicuiusq; existimationis uiros: in quibus equidem ego tali nunquam sum usus medicamine, cum multò meliorum suppeteret copia. Attamen existit nonnunquam talium u-  
sus, aut in itinere, aut in uenatione, aut rusticatione, cum scilicet meliorum nihil adfuerit, aut homo rusticus perinde fuerit carnis dure, ac asinus. Nam eiusmodi multos in agris reperias dignos, qui bibant hyrathos. Ceterum e ca-  
nibus ossa comedentibus sterlus, præterquam quod ceteris tum præstantius, tum candidius habeatur, fistula gutturi insufflatum anginam curat: sicuti & dysenteriam ex lacte caprino baustū, in quo prius igniti calculi fuerint extinti,  
aut ignitū ferrum, quod Græci σόφων uocant. Quinetiam periodicas, circularēs fugat febres, si cochlearis men-  
sura in accessu ex uno prebeatur bibendum in scio paciente. Prodest & malignis ulceribus in perfum, uel emplastris  
ad id facientibus commixtum. Pollet etiam suis uiribus Lupinum: idecirco id magnis laudibus extulit Galenus citato  
loco, sic inquietus. Lupinum sterlus quidam colicis potandum dabat, non tantum in ipsis paroxysmis; sed etiam in  
interuallis, si quidem phlegmone uacarent. Quorum ego quosdam uidi non amplius hoc affectu correptos, & corre-  
ptos non amplius id grauter passos, sed nec post paucum temporis. Accipiebat autem ille alius luporū ster-  
lus, quale ubi ossa ederint, solent excernere. Verum illud etiam in eo mirabar, quod uel suspensum euidenter sepe-  
numero iuuisset. Itaq; hic sterlus capiebat, quod non decidisset in terram: id quod non erat inuentu difficile. Ea enim  
est luporum natura, que canum, ut suspenso altero posteriorum crurum, & meiant, & cacent in eminenti quopiā loco  
ex terra. Itaq; in spinis sepe & late sterlus lupinum reperiatur, & fruticibus, nepribus, herbisq; procerioribus. Inue-  
nitur porro in stercore illorum & nonnihil osium deuorati animalis, quod ut effugit commansionem, ita & concoctio-  
nem: quod & ipsum contundens, ac conterens, bibendum prebeuit colicis: ac si homo esset puritatis amans, miscebat  
& salis quippian, aut piperis, aut quippian eiusmodi. Ut plurimum autem ex uno albo consistente tenuis bibendum  
prebebat: interim uero etiam ex aqua. Hoc ergo sterloris, quod patientibus ilibus applicandum esset, iubebat suspen-  
di uinculo confecto ex lana non cuiuslibet ouis, uerum multò præstabat eam esse ouis à lupo lanata, unde quod ad hunc  
uolum accommodaretur, esset conficiendum. Quod si talis non adesset lana, ex pelle ceruina, & lorum quod cingeret in  
lia, & in quo sterlus contineretur, parari precepiebat. At nos ollulam ad magnitudinem maxima fabe confecimus,  
quam experiundi gratia indito stercore quibusdam suspendimus, nec potuimus non mirari, cum plurimos ipsorum uide-  
remus adiutos: ceterum ad ollulam duas & eeu aures affiximus, per quas lorum transmitti posset. Quod autem cico-  
niae finum comitiales iuuet, plane refellit Galenus, afferens eos esse redarguendos, qui talia scripsierunt. De ouillo,  
columbino, gallinaceo, murino, & crocodilino, cum satis superq; differuerit Dioscorides, nec plura à Galeno, & alijs  
descripta repererim, que medicina magis competere posuit, non est quid amplius addendum existimet. Veruntane  
animaduertendum est, quod, quem admodum etiam de animalium fellibus diximus, stercola ipsa inter se plurimum dif-  
firunt temperamenti, & uidelicet animalis ratione. Quippe quod alterum sit altero plus, minusve calidum, pro anima-  
lium diuersorum generum temperie, aut pro alimentorum temperamento in eiusdem speciei animalibus. Quod Græ-  
ci & πότακος, Latine Stercus & finum uocatur: Arabice, Hebel, Zebel, aut Bbar hauan: Italice, Sterco: Ger-  
manice, Drecken: Hispanice, Esthercol: Gallice, Fante.

Ovgo. VRINA.

CAP. LXXIII.

Caninisterco  
ris uires.Lupini ster-  
lus ex Gal.Ciconie ster-  
lus.

Nomina.

HUMANAM vrinam suam cuique bibere, contra uiperæ morsus, ac uenena, incipientemque  
aquam inter cutem proderit: scorponis, viperæ marinorum, draconisque morsus, ea conuenien-  
tissime fouentur. Canina ad perfundendos canis morsus idonea est: pruritus, & lepras nitro addito  
expurgat. Sed vetus ulcera capitis manantia, surfures, psorias, & feruidas eruptiones, multò magis  
abstergit: nomas, & præcipue genitalium, cohobet: auribus infusa manans pus supprimit: deco-  
cta in calyce mali punici, earum uermiculos abigit. Pueri impubis resorpta urina, orthopnoi-  
cis auxiliatur: decocta in æreo vase cum melle emendat cicatrices, argema, caliginesque. ex ea, & cu-  
pro idoneum auri ferrumen conficiunt. Quod in urina subfidit, illitu ignem sacrum mitigat: ferue-  
factum cum cyprino, inditumque, vuluæ dolores mulcet, strangulatus leuat, genas deterget, ocu-  
lorum cicatrices expurgat. Taurina si cum myrra instilletur, aurium dolores lenit. Aprina uiri-  
bus eisdem prædicta est: priuatim comminuit uesticæ calculos, & potu expellit. Caprina ad aquam  
quæ cutem subiit, cum nardi spica quotidie binis cyathis cum aqua bibitur, vrinamque per aluum  
extrahit: aurium doloribus instillata medetur. Afinina traditur renum vitijs mederi. Lyncis uri-  
nam, quam lyncurium appellant, simulac excernitur, glaciari coireue in calculi duritiam, uulgo cre-  
ditum est. quare quod de ea proditum est, uanum esse conuincitur. Est enim quod à nonnullis uoca-  
tur succinum pterygophoron, ideo dictum, quod pennas ad se alliciat. Id potum ex aqua stomacho,  
alioque fluxione laboranti conuenit.

VRINAE omnes quidem, ut scriptis tradidit Galenus lib. x. simplicium medicamentorum, facultate sunt cali-  
dæ: sed plus tamen animalium calidorum, minus autem frigidorum. At urina hominis omnium propè aliarum urina-  
rum est imbecillima, exceptis porcis domesticis, quibus exempti sunt testes. Nam illorum similis est totius corporis  
temperatura temperici hominum, & urina similiter debilis. Verum montanorum aprorum ualida est, ut etiam ex o-  
dere apparet, qui utiq; acerrimus est. Hac utuntur Hetrusci ad puerorum uermes, oleum suo in utriculo urinæ  
admiscentes, et in fumo tandem suspendentes, donec crassescat ad mellis spissitudinem: deinde illud diligenter afferuat,  
eoq; puerorum nares, tempora, & umbilicum inungunt magno sane successu: nam & ego sepe periculum feci. Sed  
x quanuis

Vrinatūfacul-  
tates ex Gal.

Vrina apri.

Vrinæ medici  
nas cōtempst  
Galenus.

quanius Dioscorides complurium urinarum uires descripsit, ut quas uarijs, ac diuersis morbis utiles esse existimat uerit; Galenus tamen urinarum medicamenta paruipendisse uidetur. Quippe qui crediderit (quemadmodum et de sanguinibus differens inquit) cùm parata reperiantur ualentiora medicamenta, ac experientia comprobata, ijs præcipue morbis congruentia, quibus urinam conferre nonnulli autuunt, earum medicinas ad curiosos superstitionesq; spectare magis, quam ad peritos medicos, qui hæc naufragia, incertæ remedia nunquam probatis, expertisq; præponunt. Quod autem puerorum urina ægræ spirantibus conferat (ut Dioscorides auctor est) minimè probat Galenus, cùm loco citato inquit. Vrinam pueri orthopœæ uocatæ gratia ebibere necessarium non est, cùm sint et alia medicamenta, que huic medeantur affectui. Quin cùm bibisset quidam, affectu liberatus non est, ut non eximium quid præter alia possideat. Chrysocolla conficiendæ rationem, quam fieri ex puerorum urina prodidit Dioscorides, quanq; seplastrijs, et aurifices uulgæ Borrace nominant, duobus in locis scriptam reliquit Galenus lib. 1 x. simplicium medicamentorum, ubi de ea speciatim egit, et lib. x. corundem de urinis differens. Et quanius (ut libro quinto dicetur) legitima, probataq; chrysocolla foſtitia habeatur; fit tamen artificio ex pueri urina in ardentissimis solis caloribus et reo mortario, atq; etiam pistillo æreo tandem circumacta, donec mellis ſititudine affequatur. Præfertur, que hoc modo parata fit, ad contumacia ulcera sananda, exedentiaq; coercenda. Illud profectò uanum, ac fabulosum esse mani festè deprehenditur (ut hic Dioscorides scribit, et nos eum secuti superiori libro in succini mentione ostendimus) quod urina lyncis, simulac excernitur, duretur, coætive in lapidem illum, quem Lyncurium uocant. Quippe quod is inter succini genera ab omnibus fide dignis auctoriis recenseatur, quod sue proprietate naturæ pennas ad se trahat, quæ admodum et cetera succini genera paleas, festucas, ac leuissima queq; alliciunt. Quantum uero à legitimo lyncurio uulgaris ille lapillus differat, qui officinis lapis lyncis appellatur, et cuius est usus apud seplastriarios, et medicos, qui simplicium medicamentorum scientiam negligunt, ij dijudicent, qui simplicium historias, et facultates optimè norunt.

Vana de lyn-  
curio opinio.

Quandoquidem is, quem pro fabuloſo lapide lyncis uenditare impostores, lyncurium succini genus haudquaquam est, nec alijs quævis lapis ei uribus respondet, nec si quidem urinam cieat, et renum, nesciæq; calculos communiat, ut seplastriorum, et medicorum uulgaris opinatur: qui parum Dioscoridis, aliorumq; in re medica bonorum auctiorum familiaritatem curant. Ceterum hinc satis constare arbitror, Christophorum Encelium (pace uiri alioquin docti diaxerim) planè hallucinari, quod lib. 111. cap. x viii. de re metallica, poëtarum fortasse, et aliorum quorundam fabulis addictus magis, quam ueris probatissimorum auctiorum testimonij, probare contendat, Lyncurium ex urina lyncis coalescere, atq; ex maris urina fuluum fieri, ex foemina uero urina album. Hanc autem opinionem suam ex eo comprobare uidetur, quod aliquando in uesta apri, itemq; suis domestici lapillos inuenierit. Ex quo postea colligit, mirum non esse, quod lyncis quoque urina in lapillos concreseat. Sed quanl leuis et infirma sit hæc ratiocinatio, ut comprobet quod contendit, quanq; uana sit opinio hæc, eorum sit iudicium, qui magnis laboribus, multis studijs, summaque diligentia rerum simplicium peritiam sunt affecti. Atque hac tenus de urinis, et lyncurio. Restat modo, ut etiam de Saliua aliquid in medium afferamus. Itaq; cùm eius non meminerit his libris Dioscorides, positiq; nonnullis humani corporis morbis opitulari, ea de eius uribus, et facultatibus hic referam, que a Galeno libro x. simplic. medicam. memoria produntur his uerbis. Sielon, siue sialon, siue ptyelon appellare libet, nihil interest. Verum id sciendum est, uim eius esse differentem, tum in animalium speciebus, tum in eorum unoquoque sano, aut ægroto, ieuno aut sitibundo, aut cibo potuque sumpto. Etenim ut urina, et bilis, et sudor; sic etiam saliuæ sumpto quidem cibo imbecilla est: ualida et acris eorum, qui ingenti aut inedita, aut siti premuntur. In medio utriusque est eorum, qui probè concoxere quidem, nondum tamen cibum potumque ingesserunt. Hac ergo saliuæ nutrices puerorum lichenas curant, paruum uidelicet digitum rigantes, ac deinde eum affectam confricantes. Idq; faciunt subinde, tanto scilicet interuallo, dum saliuæ uires in lichenæ perdurent, ac nondum sint extintæ. Sed et triticum mandentes rustici non pauci furunculis imponunt. Nam celeriter eos et digerit, et concoquit: cùm si macerarent aqua, non æquæ prodeſſet. Ex quo liquet, saliuam ipsam auxilijs robur adferre. Atq; corporibus mollibus, et puerorum, panem, non triticum imponunt ore commansum. Porro tota substantia uel maxime aduersa est saliuæ bestijs hominem interficienibus, cū alicubi etiam Nieander poëta refert. Pollicitus autem mibi quidam incantationem se se ostensurum, que scorpions interficeret: ubi illam semel dixisset, in scorpium expuit: inde rursum eam obmurmurans iterum scorpium confusit: ac ubi tertio dixisset, atq; expusisset, mortuus est scorpius. At postea ego absq; incantatione à sola saliuæ mortuentem iudi scorpium, idq; celeriter passum à saliuæ esurientium, aut stientium: tardè autem ab illis, qui cibo, potuq; fuerant impleti: in alijs autem proportione. Quod ὄντος Græcis, Latinis, Vrina, et Lotium nominatur: Arabibus, Baul: Italis, orina. Quod uero σίλιον, σίλιον, et σίλιον Græce, Saliuæ Latinæ, pariter et Italice uocatur: Arabicæ, Busach, Bezach, et Lhab.

Encelij opi-  
nio uana.

Saliue uires  
ex Galeno.

Nomina.

MEL. MEL. C A P . L X X V .

PRINCIPLEM Iocum obtinet mel, quod Atticæ regionis est, præcipue ex Hymetto, mox Cycladibus insulis, & è Sicilia, cognomine hyblæum. Magis probatur dulcius & acre, odoratus, subflavum, nec humectum, graue, & minimè fluxum, quod ob sequacem lentitiam non facile abrumptur, tractumque resilit in digitos. Mel abstergendi uim habet: ora uenarum aperit, humores euocat. qua ratione in fordida ulcera, sinusque, commodiſſimè infunditur. Decoctum, atque impositum, abscedentem carnem glutinat: medetur impetigini coctum cum liquido alumine, & illatum: item aurium sonitui, & dolori cum fossili sale trito, tepidum instillatur: lentes, & ſeeda capitum

tis animalia illitum necat: nudam glandem recutitis operit, præsertim quæ circumcisione aperta nō est, si melle præputium à balneo triginta diebus emolliatur: oculorum caliginem discutit: faucibus, tonsillis, anginae collatum, gargarizatumque medetur: urinam ciet: auxiliatur tussi, & à serpente percussis: contra haustum meconium, cum rosaceo calidum assumitur: aduersus venena fungorum, & rabiosi canis morsus linetum, aut potum proficit. crudum tamen aluum inflat, tussim lassit, & ea de re despumati usus aptior est. Primum tenet in mellis genere uernum, deinde æstuum: hypernum uero, utpote quod crassius constet, deterrium reputatur, ceragini faciundæ idoneum. Quod in Sardinia gignitur mel, amarum est: quoniam apes inibi absinthio uescantur. quo uitia cutis in facie, & maculae aptissime perunguntur. Heraclia in Ponto quibusdam anni temporibus, propria quorundam florum dote, mel conflatur: quod qui edere, mente abalienantur, ac sudore difflunt. Remedio sunt esita ruta, & falsamenta, aut epotum mulsum, resumpta, quoties uomitione reieciuntur. Acre autem est, & olfactu sternutamenta mouet. Quod cum costo illitum, sceminarum cutem emedat, & cum sale fugillationes rapit. Est & aliud concreti mellis genus, quod saccharon nominatur. In India uero, & felici Arabia in arundinibus inuenitur. satis modo coactum est, dentibus, ut sal, fragile: alio idoneum, & stomacho utile, si aqua dilutum bibatur: vexatae uescitæ, renibusque auxiliatur. Illitum ea discutit, quæ tenebras oculorum pupillis offundunt.



M E L , quod apes colligunt, omnibusq; uulgarissimum est ( auctore Galeno lib. IIII. de alimentorum facultatis) oritur in plantarum folijs: earumq; neq; succus, neq; fructus, neq; pars, illo pacto dici potest, sed eiusdem cum rore generis est: non tamen assidue, nec copiose, ut ille, prouenit: repertumq; est aliquando cestate super arborū, ac frumentum, herbarumq; folia mel quam plurimum, adeo ut agricultore uelut ludentes canerent, Iupiter melle pluit. Cui

Mellis consideratio.

scribo explendente, nec omnino prius uergilarum exortu sublucanis temporibus. Itaq; cum prima aurora arborum flora melle roscida inueniuntur. At si qui matutino sub duo fuere, unctas liquore uestes, capillumq; concretum sentiunt. Siue ille est coeli sudor, siue quedam siderum saliuia, siue purgantis se aeris succus, utinam esset & purus, ac liquidus, & siue naturæ, qualis defluat primo. Nunc uero e tanta cadens altitudine, multumq; dum uenit fordescens, & obuiu terræ halitu infectus. Præterea à fronde, ac pabulis potus, & in uterculos congestus apum: ore enim uomunt. Ad huc succo florum corruptus, & alueis maceratus, totiesq; mutatus: magnam tamen celestis naturæ uoluptatem affert. Ibi optimus semper, ubi optimorum doliolis florum condituri. Attica regionis hic, & Sicula Hymetto, & Hybla ab locis, mox Calydna insula. Haec tenus de melle Plinius citato loco. Verum enim uero (ut idem auctor est libro XI. cap. XLII.) mel, quod in Creta Carina monte colligitur, muscae non attingunt, nec eo in monte eadem usquam reperiuntur. Porro uenenatum mel, quod in Heraclia Ponti prouenit, cuius hic meminit Dioscorides, Plinius quo-

Mel Heracloticum.

que recensuit libro ante citato, cap. XLII. Subiunxitq; & alterum eodem in Ponto gigni gente Sannorum, quod ab insania, quam gignit, Menomenon uocant. Id existimatur contrabi flore rhododendri, quo scatent sylvae. Habent præterea & alia mellis genera, que roscida non sunt, sed ex plantis nascuntur, ut illud, quod ex anacardijs fluere Arabes scribunt, & inter Grecos Strabo Geographicorum libro x v. ex arborum siliquis, quas arbores profert, denorum digitorum longitudine, mellis plenas, quod qui ederint, non facile euadant. Quintianus refert Pomponius Mella tertio de situ orbis, tam pinguis alicubi, & tam feracis soli Indiam esse, ut in eo mella ex arborum frondibus defluat. Exprimitur etiam in Arabian incolunt, gingiberis radices recentes uiridesq; asseruant, ac etiam myrobalana omne genus. Quod facile coniicitur ex ijs, que ex Alexandria Aegypti Venetias quotannis comportantur. Ceterum non desunt inter recentiores medicos, qui disputatione, an Saccharum, quod sub mellis genere scripserunt ueteres, præsertim Dioscorides, & Galenus in India, & felici Arabia nasci, idem cum nostrate Saccharo dici posset. Et quāuis plerique reperiantur, qui dubio procul existinent, ac pro certo affirmant, communis usus saccharum, & quod ab antiquis de-

Mellis genera non roscida.

Sacchari consideratio.

x 2 scribitur,

scribitur, unum & idem esse, quod ex eadem proueniant planta; tamen Manardus Ferrarensis, & Leonardus Fuchsius ipsum secutus, maximam inter ea ponunt differentiam, omnino opinantes in alio arundinum genere concreuisse antiquorum saccharum, de quo inter mellis genera scripsere Dioscorides, & Galenus: concrescereq; ad hanc diem usq; ex coelesti rore, quemadmodum & id, quod manna vocamus: non autem in ijs arundinibus, e quibus in aqua decoctis huicse etatis saccharum in Medera, Sicilia, Creta, Rhodo, & Cypro insulis, ac etiam in Aegypto exprimitur.

Manardi, &  
Fuch. opinio  
reprobata.

Quia in re eos viros alioqui doctissimos, planè hallucinatos crediderim, quod nullo, ut puto, auctorum probatorum testimonio ducti sibi persuaserint, mannae in modum ex rore concrescere antiquorum saccharum solis ardore super harundinum folia tam in India, quam in felici Arabia. Quippe quod nusquam repererim scriptissime Dioscoridem, Galenum, nec veterum, uel recentiorum quenquam, concrescere saccharum in arundinum folijs ex rore solis feroore concreto, siue potius exiccato, quemadmodum in quibusdam arborum frondibus manna per se concrevit. Quo fit, ut mibi refellenda videatur corum sententia. Nam si uerum illud esset, ut ipsi imaginantur, non modo non est credendum, sed ne cogitandum quidem, Dioscoridem, qui diligentissime simplicium medicamentorum historias literis, memorieq; mandauit, silentio preterisse tam pulchrum, & admirabile, scituq; dignum naturae opus in saccharo confiendo. Nec minus id reticuit Galenus naturae operum maximus inagator, quemadmodum nec reticuit lib.

Antiquorum  
saccharum.

III. de alimentorum facultatibus, aerei mellis historiam, quod nos manna vocamus, quodq; sua etate in monte Libano, alijsq; locis super arborum frondes repertum scribit. Quamobrem magis ueritati consonu uidetur, ut dicamus, nil aliud veteribus saccharum extitisse, quam nostratis sacchari arundinum lacryma, seu liquor, qui nimia succi copia aperto in latere calamo, perinde ac gummi, exterius concreuerit. Huic nostrae opinioni subscribit Plinius lib. XII. cap. VIII. sic inquiens. Saccharon & Arabia fert, sed laudatus India. Est autem mel in arundinibus collectum gummum modo, candidum, dentibus fragile, amplissimum nucis auellanæ magnitudine. haec Plinius. Ex quibus facile cognosci potest, quod non ex rore, ut manna euicit, coalesceret antiquorum saccharum super arundinum folia, sed quod fructis calamis carum internodijs cohereret collacrymans, e quibus uulgare nostrum conficitur. Quandoquidem hoc modo resinae, gummæq; omnes scisso sui arboris cortice emanant. Alia præterea hic accedit ratio, que (ut equidem arbitror) Manardi, ac Fuchsij sententie prorsus aduersatur. Nam quemadmodum in Apulia, & Calabria manna à sole tacta, dum arborum inbaret folijs, paruo temporis intervallo in auram euaneat (ut libro primo diximus in mannae mentione) eadem sane ratione id saccharo euenisset, si ex rore (ut ipsi contendunt) concreseret. Siquidem à sole tactum, rarefactumq; facilè difiliisset in auram, nec gumiū modo concreuisse. Eoq; magis, quod nusquam legerim in Dioscoride, nec Galeno saccharum e folijs arundinum colligi, sed in ipsis calamis concretum reperiiri. Quod etiam testatur Strabo libro X. v. Geographie, ubi aperte scribit, in India arundinem mel sine apibus gignere: non autem quod ex rore in arundine fiat, ut quidam pericax, ignarusque medicus mecum contende, atque etiam, ut suam mordicus teneret opinionem, Strabonis codicem corrumpere non est ueritus. Præterea cum memoria prodiderint Dioscorides, Galenus, & Plinius, antiquorum saccharum durum esse, salis modo coactum, album, dentibus fragile, ex his conjectare licet, e rore saccharum nequaquam fieri. Quippe quoniam manna, que eodem modo è rore concrevit, sal minimè resert, nec dentibus fragilis deprehenditur, sed potius mandentibus tenax, & cere modo lentescens. Quare crediderim antiquis saccharum fuisse tenuorem, ac præstantiorem illius partem in arundinum sacchariferarum medulla, que per internodijs fissuras exiens solis calore concreverat, ut & saccharum nostrum calore ignis arte concrevit, & addensatur. Quod cum accuratissime perpendissent homines, liquorisq; præstantiam agnouissent, à natura edocti hoc arte se facturos existimat. Neque id incassum attentasse uidentur. quandoquidem sacchari integros calamos assumentes, minutissimq; incidentes, ignis calore tandiu decoxerunt, donec uniuersus liquor, absumpta igni aqua, diu effervescent in saccharum salis modo in uasis fundo concreuerit. Verum eti si sacchari arte facti nihil meminerint Dioscorides, & Galenus; non desunt tamen qui dicant, hoc etiam ante eos factum esse, Solini auctoritate freti, qui in Indie palustribus arundinem ita crassam proligi ait, ut fissis internodijs lembo uice uectitet nauigantes, e cuius radicibus dulcem etiam exprimit humorem ad mellis suavitatem. At qui liquorem hunc, qui ex harum cannarum radicibus elicitor, saccharum nostri usus fuisse existimant, procul dubio falluntur. quod Indi non modo ex decoctis cannarum; sed aliarum quoque arborum radicibus sibi potus parent, cum illius cœli & soli clementia frequentissime sint plantarum radices, que mellea dulcedine imbuuntur, ut Strabo testis est loco nuper citato, ubi sic inquit. Nullus annus in India inuenitur utroque tempore sine pluvia. Quapropter contingit annum feracem esse, cum semper terra sit foecunda: fructus autem arboreos multos gigni, arborumque radices, præsertim magnarum arundinum, & natura, & decoctione dulces esse, aqua à solibus tepefacta, tam coelesti, quam fluiali. Adeò quod ea, que apud alios & fructuum, & succorum maturitas dicitur, apud illos concoctio est: que tantum ad dulcedinem operatur, quantum ea, que per ignem fit. Sententiae nostræ Lucanus quoque suffragatur, illud explicans hoc carmine.

Quiq; bibunt tenera dulces ab arundine succos.

Quinetiam Marcus Varro, qui eodem ferè tempore claruit, his tribus uerbis attestatur, dum inquit.

Indica non magna nimis arbore crescit arundo,

Illijs & lentijs premitur radicibus humor,

Dulcia cui nequeant succo contendere mella.

Ex ijs palam est, hos omnes de factijs Indorum potionibus, que ijs uini loco sunt, fuisse locutos: non autem quod ex illis cannarum radicibus saccharum aliquod pararetur. Quandoquidem & nos e glycyrrhize radicibus, quin & e decoctis, prefisiq; filiisque, sicut & alijs dactylis, dulces elicimus succos ad uarij usus potationes. quemadmodum & occidentales

occidentales Indi è pluribus dulcibus arborum fructibus suis sibi parant potus . Sed non ob id dicendum hos liquores , quod mellis dulcedinem præstet , esse mel , neq; saccharum . Nec mirum san' si Indicæ arundines radicibus dulcissimæ præbeant succum nō modo illæ magne ; sed etiam que ibi nascuntur nostris fortasse non multò grandiores : cum etiam nostrates recentes manse quadrantes ori dulces sentiantur . Quod autem minores arundines in India radicibus dulces præbeant potus , superioribus carminibus explicavit abunde Marcus Varro : cui nō magna nimis est arbor . In hoc tamen à Solino dissentit : cui arundines , quarum meminit , uistissimæ sunt proceritatis . Hinc ergo corū sententia ex plodēda uidetur , qui credunt ex illarum magnarum arundinum radicibus , saccharum nostro similius factitasse Indos , quod non quidem saccharum , sed dulces inde potus uini loco sibi conficiant . Sed ut suam opinionem auctoritatibus fulciret Manardus Ferrariensis , utq; lucidius comprobaret antiquorum saccharum , perinde ac mannam , ex rore fieri , lib. i x . epist. v . A uicennam etiam adimitit , quem tamen alias ubiq; reiecit , ac reprobavit , afferens , quod cū ipse huins fuerit sententia , ultimo capite libri secundi antiquorum saccharum mannam uocauit , cūm inquit . Zuccharū albusar est manna eadens super albusar , & est sicut fructu salis . At nos , qui huic opinioni minime adstipulamur , dicimus Albusar , siue Albasser (ut Bellunensis castigauit) nullo pacto Arabica lingua arundinem significare , sed aliam Aegypti , & Arabiæ arborem , sic ab eius loci indigenis appellatam : quandoquidem Arabes (ut testatur Serapio) arundinem casab dicunt . Quod manifeste declarat zuccharum albasser apud A uicennam huiusc arboris esse mannam , uel gummi , non autem Græcorum saccharum in calamis concretum . Illud insuper nostram comprobat sententiam , quod eodem loco addidit A uicenna , sic inquiens . Et in Zuccharo quidem albusar est cum abstergione pauca , stipticitas , & amaritudo . Siquidem austeritatis , & amaritudinis , que in antiquorum saccharo fuerint , nusquam meminere Dioscorides , & Galenus : nec item quod conserret id pulmoni , & aquæ intercuti , ut paulò infra uoluit A uicenna . Qui eti dixerit deinde zuccharum hoc oculorum morbis , pariterq; renum , & uesticæ uitij auxiliari : non tamen ob hoc dici potest , zuccharum albasser esse antiquorum saccharum . Sed recte quidem contra Manardi sententiam , A uicennæ testimoniou (cian & ipse hoc in loco A uicennæ auctoritate nitatur) probari potest , quod antiquorum saccharum gummi modo collacrymans in arundinibus concreceret , nō autem ex rore . Quippe quod is de zuccharo agens loco nuper citato , ibi q; antiquorum saccharum recensens , inquit . Assumptū sicut gummi ab barundine abstergit oculum . Quibus palam fit , antiquorum saccharum , perinde ac gummi , ab interiori medulla exterius emanasse , ibi q; postmodum solis ardoribus concreuisse . Verum enim uero quod albasser apud Arabes sui generis arbor sit , & ab arundine maxime differat , & quod eius zuccharum , quanvis ab A uicenna manna dicatur , quod fortasse granulis concrecat manna similibus , ex rore handquaquam fiat , sed gummum modo ab arbore destillet , manifeste ostendit Serapio capite de saccharo his uerbis . Albasser habet lata folia , & habet zuccharum , quod egreditur ab oculis ramorum suorum , & à locis foliorum eius , & colligunt de eo homines rem conuenientem , & in zuccharo eius est amaritudo , & egrediuntur ab hac planta mīla quedam , sicut testiculi camelorum , ē quibus liquor quidam emanat adurens , stipticæq; facultatis , ad cauteria peridoneus . Et lignum quidem Albasser est leue , crassum , rectum , pulchrumq; , & ideo assimilauerunt cantilenarij in cantilenis suis brachia , & crura dominarum ligno eius . hac Serapio . Ex quibus facile et Manardum , & Fuchsium , uiros diaconi doctissimos , hac in re ballucinatos putauerim . Ceterum Fuchsius , ut probaret antiquorum saccharum ē roscido & eli succo in calamis concrevere , utq; illud à nostrate diuersum ostenderet , dicit , quod cūm nostri usus saccharum , perinde ac mel , calidum reperiatur , stimq; facile concitet , antiquorum saccharum esse non potest , eo quod Galenus sue etatis saccharum id efficere non prodiderit . Cuīs tamen sententia (pace sua dixerim) experimento minime respondet : à quo non discedens Galenus lib. viii . simpl. medic. de saccharo ita scribit . Saccharum , quod ex India , atq; felici Arabia conuehitur , in calamis , ut aiunt , concrecit , et ipsum mellis est species : minus certe nostrate dulce , sed adsimiles ei uires obtinens , quod ad abstergendum , desiccandum , & digerendum attinet . Porro quatenus nec inimicum stomacho est , cū nostræ , nec stim afferens , catenus ab illo substantia differt . Quibus Galeni uerbis clarum est , quod cūm saccharum melle minus sit dulce , minus etiam calidum sit necesse est . Exq; propter afferit Galenus , saccharum non perinde ac mel , stim excitare : non tamen quod nulla ab eo sitis excitetur , uti Fuchsius interpretari uidetur . Quinetiam idem Galenus lib. viii . cap. i i i . methodi medendi , zuccharū inter ea connumerat , que febrentibus exhiberi possunt . His igitur rationibus , & auctoritatibus adductus sum , ut certò crediderim , antiquorum saccharum ab ijsdem arundinibus emanare , à quibus uulgare nostrum exprimitur : sed hanc tantum inter se differentiam esse , quod à natura factum sit nostrate facilitio longè tenuius . Ideoq; A uicenna : Zuccharum (inquit) tabarzed frigidus est , & subtilius . Hoc laudibus extulit Paulus , & post ipsum A uicenna Archigenis auctoritate Sal Indum ipsum appellans , ad lingue scabritiem , ariditatemq; in acutissimis febribus . Sed eo nos hac = tate caremus , quod amplius non afferatur . quanquam ego non ita pridem à uiris fide dignis accepi , qui diu Thomæ insulam , itemq; Mederam lustrarunt , adhuc ijs in locis saccharum inueniri in arundinibus sacchariferis concreta ( illi non dissimile , quod arte fit , & candidum cognominatur ) postquam ab illis sponte emanarit gummi modo . Quod autem adferri desierit , non aliud in causa esse existimamus , quam quod hodie paucum admodum proueniat . Siquidem Dioscoridis , et Galeni tempore , quo ad eos copiosum conuehebatur , cūm adhuc non innotuisset exprimenti ratio , necesse quidem erat , ut arundines sacchari liquore prægnantes , cūm annis compluribus adoleuissent , & falcam nunquam expertæ essent , per se liquorem exudarent , ueluti innumeris arboribus gummi , & resinæ emanant . Proinde non mirum , si cius à natura facti antiquis fuerit ubertas . Sed postquam lucrī dulcedo , fulgentisq; auris sitis docuit homines artem modumq; , quo saccharum concisis , decoctis , pressisq; arundinibus copiosius elicerent , factum est , ut Indi quotannis uniuersos inciderint calamos , ac iterum quotannis sequerint . Hinc igitur eueniit , ut nullis remanentibus , que saccharo plurium annorū etate turgeant , naturæ impedita sit operatio , deperditūq; hac de causa sit antiquorum saccharū . Cuius uice eo recentiores utuntur , quod officinæ candidum cognominant , arte factum , pellucidum , salis

Manardi ratio infirma .

Albasser quid ex Serapio .

Fuchsij opin: reprobata .

Sal Indum .

*Nomina.* fōsitiū modo, dentibusq; frāgile, ut antiquorum saccharum undequaq; referat. Competit perinde ac illud, sc̄abritie linguē, pectorisq; asperitatibus. Verū ad hec id pr̄stantius est, quod in fūtilibus, ubi uolaceum Iulapium afferatur, estate concreuit: eo quōd uolacrum diluti facultate humectet, leniatq; magis. Quod Gr̄ecis μέλι, Latinis Mel appellatur: Arabibus, Hāēl, seu Hassel: Italīs, Mele: Germanis, Honig: Hispanis, Miel: Gallis, Myel.

Quod autem Gr̄ecē καρπός, Latinē quoq; Saccharum dicitur: Arabicē, Zuchar: Italicē, Zuccher: Germanicē, Zucker; Hispanice, Azucar: Gallicē, Succe.

## Kρέος. CERA.

## CAP. LXXVI.

CERA optima est subfulua, subpinguis, pura, odorata, & halitum quadāntenus melleum refe-  
rens, natione Pontica, aut Cretica. Secundum locum obtinet candicans, & suapte natura pinguis.

Candida sit hoc modo. Ex ea radunt album, syncerumque, atque transfundunt in uas, quod satis habeat marinæ ex alto petitæ, inspersoq; nitri momento, decoquunt: cūmque iterum, tertioq; inserbuit, separatum uas refrigerant, ac ceræ pastillum eximunt, detersa forde, si qua fortè adhæsit: tū denuo indita noua maris aqua ferut, uti retulimus: & uase dempto ex igne, fundum ollulæ nouæ aqua frigida madefactum, in ceram summam suspensa manu intingunt, quōd celerius concrescat, & quām minima portio extrahatur. Suscepto primo ceræ orbiculo, iterum uasis imum aqua refrigeratum, tantisper in ceram immitti debet, dum tota excipiatur. Orbiculi lino consuti, interuacante spatio suspenduntur, & interdiu continuò sub sole, noctu sub luna asperguntur, usque dum perfectè albescant. Verū si eximius ille candor desideretur, eadem factitari, & identidem recoqui operā pretium est. Nec defunt, qui pro marina, in muria quām acerrima semel, aut iterum excoquant: dein laguncula tenui, rotunda, ansam habente extrahunt: postea orbiculos substrato affatim cespite herbo, insolant, donec candorem summum contrixerint. Præcipiunt hoc obeundum munus vere, cūm sol remissa uehementia humorem pariat, ut non facile liquet. Cera omnis mollit, calfacit, modicē explet corpora: datur in sorbitione dysentericis. ac milij magnitudine decem grana ceræ hausta, lac in nutricibus non patiuntur coagulari.

*Cere uires ex Galeno.*

CERA, ut Galenus scriptis mandauit libro VII. simplicium medicamentorum, medio quodammodo tenet calfacientium, refrigerantium, humectantium, & desiccantium. Habet uero quiddam etiam crassarum partium, atque emplasticum. quamobrem non modò exiccare; sed & per accidens humectare uideri fortassis poterit, per spirationes uidelicet prohibens. Quapropter aliorum medicamentorum tum excalfacientium, tum refrigerantium materia est. Ipsa autem per se ex genere fuerit debiliter concoquentia: nec temen intro in corpus assumpta, sed foris imposta. Siquidem paulum quiddam digerentis, calidæq; facultatis retinet, que plurima mellis inerat.

*Nomina.*

Eius nomen Gr̄ecum κρέος: Latinum, cera: Arabicum, Hamaha: Italicum, cera: Germanicum, Vuachs: Hispanicum, Ciera: Gallicum, Ciere.

## Πρεπτωλίς. PROPOLIS.

## CAP. LXXVII.

PROPOLIS eligi debet flava, odorata, styracem referens, in vehementi ariditate mollis, & mastiches more ductilis. Magnopere calfacit, & euocat: aculeos, & omnia infixa corpori extrahit: in ueteri tussi suffita proficit, impetigines admota tollit. Ea in alueariorum foribus, cerosæ naturæ inuenitur.

*Propolis cōfideratio.*

QVANQVM, ut hic Dioscorides inquit, & Marcus Varro libro tertio de reruſticia, Propolis ea est cero ſa materia, que in aluearijs p̄a foribus reperitur, ſeu, ut apertius dicam, p̄a ſpiraculis, ubi intrandi, excedi, apibus patet aditus: tamen Plinius libro XI. cap. VII. ita ſcriptum reliquit. Prima fundamenta comofin nocant periti, ſecunda piſſoceron, tercia propolin. Inter coria, cerasq; magni ad medicamina uſus. Comofis crufa est prima, ſaporis amari. Piſſoceros ſuper eam uenit picantium modo, ſeu dilutior. Ceræ mitum, plerunque ē mitiore gummi. Propolis crufioris iam materie, additis floribus, nondū tamen cera, ſed fauorum ſtabilimentum, qua omnes frigoris, aut iniurie aditus obſtruuntur: odore & ipſa etiānum graui, ut qua plerique pro galbano utantur. Hu-

*Propolis ui- res ex Gal.*

ius etiam meminit Galenus libro VIII. simplicium medicamentorum, ſic inquiens. Propolis extergentis, non ita ualentis est facultatis, ceterum admodum ualenter attrahentis: est enim eſſentia tenui. Porro excalfacit recessu ſecondo completo, aut certe tertio incipiente. Et ut idem quoque ſcribit libro III. de compositione medicamento- rum ſecundum genera, Propolis ualentius attrabit, quām cuiusvis generis resina. Quamobrem illis in neruorum uulneribus medendis propolin admifcat. Ceterum cum propolis, cera, & mel, de quibus hic diſeruit Diſcorides, medicamenta ſint omnia miro artificio ab apibus conſtata, non ab re his quoque addendam fore duximus. Apum historiam.

*Apum confi- deratio.*

A P E S igitur (ut Plinius auctor eſt) ſunt & rusticæ ſylueſtresq; horridæ aſpectu, multo iracun- diores, ſed opere ac labore preſtantes. Sunt & urbanæ, quarum duo genera. Optime breues uarieq;, & in ro- tunditatem compaſſiles. Deteriores longæ, & quibus ſimilitudo uesperparum, etiānum deterrime ex ijs piloſe. A- pes odore ſeddos odores, proculq; fugiunt, ſed & infectos. Itaq; unguenta redolentes infenſant. Icientes pereunt: relicto enim aculeo interiora diſtrumpunt. Quin & morbos ſuapte natura ſentiant. Index corum triftitia torpens:

& ciam

Et cum ante fores in tempore solis promotis alię cibos ministrant: cum defunctas progerunt, funer antiumq; more comitantur exequias. Reges habent, pluresq; inchoantur, ne desint. Postea ex his soboles cum adulta esse cœpit, Apum rex, & concordi suffragio deterrimos necant, ne distractabat agmina. Duo eorū genera: melior rufus, quam niger, uariusq;. regimen.

Omnibus forma semper egregia, & duplo quam ceteris maior: pennae breviores, crura recta, ingressus celior: in fronte macula quodam diademata candicans. Multum etiam nitore à vulgo differunt. Cum rex procedit, una est totum examen, circaq; eum congregatur, cingit, protegit, cerni non patitur. Reliquo tempore cum populus in labore est, ipse opera intus circuit, similis exhortanti, solus immunis. Circa eum satellites quidam, lictoresq; a fiduci custodes auctoritatis. Procedit foras non nisi migraturo examine. Id multò intelligitur ante aliquot diebus murmure intus strepente, apparatus indice diem tempestivum eligentium. Si quis alam ei detruncet, non fugiet examen. Cum pro-

cessere, se queq; proximam illi cupit esse, & in officio conspicere gaudet. Fessum humeris subleuant: ualidius fatigatum ex toto portant. Si quā laffatus deficit, aut forte aberravit, odore prosequuntur. Vbicunque ille consedit, ibi cunctarum castra sunt. Duce prehendo totum tenetur agmen: amissō dilabitur, migrantq; ad alios. Esse utique sine rege non possunt. Inuitae autem interimunt eos, cum plures fuere, potiusq; nascentium domos diruum. Rege consumpto, mæret plebs ignauo dolore: non cibos conuehunt, non procedunt, sed tristi tantum murmure glomerantur circa corpus eius. Subtrahitur itaq; deducta multitudine: alia spectantes examinem luctum non minuunt. Tunc quoq; ni subueniatur, fame moriuntur. Gaudent Apes aeris plausu, ac tinnitu, amoenissimisq; locis, & fragrantibus herbis. Ha-

Apes quibus  
gaudeant.

rum ergo causa prope alucaria oportet serere thymum, apiastrum, rosm, uolas, liliu, cytisum, fabam, eruiliu, cunilam, papauer, conyzam, caslam, melilotum, melissophyllum ( malum legere myriophyllum) cerinthen. Est autem

Mira apum in  
opere suo in-  
dustria.

cerinthe folio candido, incurvo, cubitalis, capite concavo, mellis succum habente. Horum florum audiissimae sunt, at-

que etiam synapis. quod miremur, eum oliue florem ab his non attingi constet. Ideoq; hanc arborem procul esse me-

lius est, cum aliquas quam proxime seri conueniat: quæ & euolantium examina inuent, nec longius abire patientur.

Cornuum quoq; arborem caueri oportet: nam flore eius degustato ( et si is nobis profluvia sistat ) alio concita moriuntur. Remedium sorba contusa ē melle preberet ijs, uel urinam hominum, uel boum, aut grana punci mali amineo ui-

no conspersa. Amant & genit as circumseri aluearijs, ijsq; gratissimum. Mira apum prudentia, carumq; operis obseruatio, ut annotauit Aristomachus Solensis, quem admirabilis admodum diligentia duodecim annis, apum a-

more captum, nihil aliud egisse tradunt. Ratio autem operis ita se habet. Interdiu statio ad portas more castro-

rum: noctu quies in matutinum, donec una excitet omnes gemino, aut triplici bombo, ut buccino aliquo. Tunc uniuersae prouolant, si dies mitis futurus est. Prædiuinan enim uentos, imbræsq;, & tunc se continent tectis. Itaq; tempe-

rie cæli (hanc enim inter prescrita habent) cum agmen ad opera proceſſit, alię flores aggerunt pedibus, alię aquam

ore, guttasq; lanugine totius corporis, quibus est. Quarum adolescentiores ad operam exēunt, & supradicta conue-

hunt: seniores intus operantur. Que flores comportant, prioribus pedibus femina onerant, propter id natura sca-

bra, pedes priores rostro, tot. e q; onus et remeant sarcina pandate. Excipiunt eas terne aut quaternæ, atq; exone-

rant. Sunt enim intus quoq; officia diuisa: alię struunt, alię poliunt, alię suggestur, alię cibum comparant ex eo,

quod allatum est. Neq; enim separatim uescuntur, ne inæqualitas operis, & cibi fiat, & temporis. Struunt orsa ea

concameratione aluei, textumq; uel usque ad summa tecta deducunt, limitibus binis circa singulos arcus, ut alijs in-

tent, alijs exeat. Fau superiore parte affixi, & paululum etiam lateribus simul hærent, & pendent una. Alueum

non contingunt, nunc obliqui, nunc rotundi, qualiter poscit alueus, aliquando & duorum generum, cum duo exami-

na concordibus populis disimiles habuere ritus. Ruentes ceras fulciunt, pilorum intergerinis à solo forniciatis, ne de-

fit aditus ad sacerdandum. Primis tres uersus inanes struuntur, ne promptum sit quod inuitet furantem. Nouis-

40 mi maxime implentur nelle: ideoq; auero alueo faui eximuntur. Gerulae secundos flatus captant. Si cooriantur pro-

cella, apprehensi pondusculo lapilli se librant. Quidam in humeros cum imponi tradunt. Iuxta uero terram uolant

in aduerso flatu uepribus hebetato. Mira obseruatio operis. Cessantium inertiam notant, castigant, mox & puniunt morte. Mira munditia. Amoliuntur omnia ē medio, nullæq; inter opera spurcitiæ iacent. Quin & excrementa ope-

rantum intus, ne longius recedant, unum congesta in locum, turbidis diebus, & operis ocio egerunt. Cum aduersus-

rascit in alueo strepunt minus, ac minus, donec una circumuolet, eodem quo excitauit bombo, ceu quietem capere im-

perans: & hoc castrorum more, tunc repente omnes conticescunt. Si forte fortuna apum uniuersum desperderetur

genus, facile reparari posset ex bienni uitulo, ut libro 1111. Georgicorum clare docuit Virgilius, ita canens.

Apum repara-  
tio ex Virgil.

Exiguus primum, atque ipsos contractus ad usus

Eligitur locus: hunc angustijs, imbrice tecti,

50 Parietibusq; premunt arctis: & quatuor addunt

Quatuor à uentis obliqua luce fenestras.

Tum uitulus bima curuans iam cornua fronde

Queritur: huic gemine nares, & spiritus oris

Multa reluctanti obstruitur: plagijsq; peremptio

Tunsa per integrum soluuntur uiscera pelle.

Sic positum in clauso linquunt: & ramea costis

Subiiciunt fragmenta, thymum, casiasq; uirentes.

Hoc geritur zephyris primion impellentibus undas.

Ante nouis rubeant quam prata coloribus, antè

Garrula quam tignis nidum suspendat birundo.

Interea teneris tepefactus in osibus humor


Aestuat:

Aestuat: & uscenda modis animalia miris,  
Tranca pedum primò, mox & stridentia pinnis  
Miscentur: tenuemq; magis, magis aëra carpunt:  
Donec, ut aestiuus effusus nubibus imber,  
Erupere: aut ut neruo pulsante sagittæ,  
Prima leues ineunt si quando prælia Parthi.

De reparatione Apum hactenus Virgilius. Cæterum etiam apes in medicina usum habent: siquidem sicce & in pul-  
Nomen. uerem contritæ, ijs admixta, quæ ad id faciant, ex oleo, & cera inunctis alopecijs capillum restituunt. Πρότολις  
ut Græcis, ita etiam Latinis Propolis appellatur: Arabibus, Mum, uel Iasach alcut: Italij, Propoli: Germanis,  
Vorstosz: Hispanis, Betum de colmena.

## Pugos. TRITICUM.

## CAP. LXXVIII.



**O P T I M A** è tritici generibus ad secundæ valetudini usus habentur, quæ recentia, & iam perfectè adulta, colore luteum referunt. dein sequuntur trimestria, quæ nonnullis sitania nominantur. Itaque cruda in cibis teretes tineas gignunt: canum morsibus prosum, mansa & imposita. Confectus corum similagine panis, plus alit, quam cibarius. E' trimestriu farina panis, leuiorem cibum præbet, & qui facilè in membra demandetur. Farina eoru cum hyoscyami succo illinitur aduersus neruorum fluxiones, quas Græci rheumatismos vocant: item contra interaneorum inflationes: lentigines ex aceto mulso tollit. Furfures autem in acri aceto decocti, turgentem mammas sedant: viperarum iictibus auxiliantur: & torminosis prosum. Farinaceum fermentum calfaciendi, extrahendique vim habet: priuatum callos pedum, clausisque extenuat: & cætera tubercula furunculosque ex sale concoquit, & aperit. Sitaniorum farina, contra venenatos iictus cum aceto, aut vino commodissimè illinitur: eadem si decocta in glutini modum delingatur, cruentis excretionibus proderit: contra tußim, & exasperatas arterias, cum mentha & butyro decocta, efficax est. Tritici polleni ex aqua mulsa, aut hydrelæ decoquatur, omnem discutit inflammationem. Panis & crudus, & coctus cum aqua mulsa inflammations omnes illitu mulcet, cum emolliat, & quadântenus refrigeret: sed herbis, succisive huic rei accommodatis admisceatur. Vetus panis aridus, adiectis conuenientibus, citam aluum cohibet. Recens muria maceratus, illitu vetustas impetigines sanat. Glutinum ex similagine, & polline, quo chartæ glutinantur, sanguinem excreantibus prodest, si liquidius, ac tepidum cochlearis mensura detur forbendum.

Tritici genera (ut Theophrastus auctor est lib. VIII. cap. IIII. de plantarum historia) plura notantur, cognomina ex locis sortita, ut Apricum, Ponticum, Thracium, Assyrium, Aegyptum, Siculum. quæ & colore, & magnitudine, & specie, & proprietate inter se differunt. Quædam uel aliunde cognomina sortiuntur pro suis uiribus tum alijs, tum uel maximè quæ ad cibum pertineant, ut cachrydias, stlengys, alexandrinus. quorum omnium differentias in supradictis colligere licet. Nec uero ab re fuerit, si illa quoque pro differentijs capies: & aliud precox, aliud serum: & aliud auctu amplum multumq; reddens, aliud ieiunum quoddam parumq; ferens: & aliud spicam grandiore effundens, aliud paruam: & aliud diu in folliculo manens, aliud aptum breui absolui, ut Apricum: & aliud culmo tenui constans, aliud crasso. quod etiam ipsum Aprlico datum est: crasso tamen & cachrydias diu conseruit. Item aliud tunicis paucis, aliud multis uestitur, ut Thracium: & aliud unicalamian, aliud multicalamum, & magis, minusq;. Adde etiam si quid aliud his, aut prædictis, ratione uirium proximum est: eiusmodi namque differentiae naturaliores profecto apparent. Quibus & trimestriu annumerari genus par est, & bimestriu, & si quid intra pauciores dies ualeat consummari, ut in Euboæa genus quoddam intra quadragesima dies crassari, perficiq; posse affirmant: idemq; firmum esse, ac ponderosum, nec trimestris modo leue. Quamobrem famulis id præberi inquietunt: etenim nec multum in hoc furfuri esse uolunt. Igitur genus id celerrimum quidem ad consummationem, sed inueni rariissimum est. Et bimestria uero quædam habentur, quæ ex Sicilia & in Achatiā aduicta sunt: sed hæc paucum reddit, parumq; fœcunda habentur: quanquam cibo facilita, & iucunda sunt. Nascuntur & alia quædam ge- 50 nera

nera in Eubœa, & præcipue apud Caristum. Trimestria uero permulta, & ubiq; habentur: leuia hæc, & parum seunda, unicallata sunt, atq; in rotum infirma. Leuissimum igitur triticum, quod simplici ratione agere licet, Ponticum est: ponderosius ex ijs, que in Græciam aduehi solent, Siculum datur. Sed eo ponderosius, quod Bœotia fert. Indicium afferunt, quod athletæ, qui Bœotie ternos semisextarios uix possint consumere, cum Athenis fuerint, faciliè quina consumunt. Leu satis & quod in Laconico agro conficitur. Horum igitur causa in terris cœloq; intelligi debet. Nam & Asie ultra Bactra quodam in loco adeo grande frumentum fieri tradunt, ut nucleis oliue sua & equiparent magnitudine grana singula. In Pissoris autem dictis adeo firmum nasci affirmant, ut si quis plus comedenter, disrumpatur necesse sit. Hactenus de tritici generibus Theophrastus. Ceterion Plinius Italicum nostrum omnibus prætulit libro XVIII. cap. VII. his uerbis. Tritici genera plura, que fecere gentes. Italico nullum equidem com-  
para uerim candore, ac pondere, quo maximè decernitur. Montanis modo comparetur Italie agris externum. He fuere sententie Alexandro magno regnante, cum clarissima fuit Græcia, atq; in toto terrarum orbe potentissima: ita tamen, ut ante mortem eius anni se centum quadraginta quinque Sophocles poëta in fabula Triptolemo frumentum Italicum ante cuncta laudauerit, ad uerbum translata sententia.

Triticum Italicum.

Et fortunatam Italianam frumento canere candido.

Quælaus peculiaris hodie Italico est. Quo magis admiror, posteros Græcorum nullam mentionem huius fecisse frumenti, hæc Plinius. Nec sanè mirum uideri debet, quod Græcus ille Sophocles Italicum frumentū ceteris præterierit. Quandoquidem natura Italos adeo præ ceteris adamauit, & moribus, ac legibus, omniq; ornatu ad politicē (ut ita dicam) uiuendum instituit, ut merito etiam frumentum omnium præstantissimum in eorum alimentum procrearet: quemadmodum & alia multa, quibus Italia plerisque superat gentes. Triticum autem, ex quo omnium optimus fit panis, eligi debet fractu contumax, densum, graue, colore aureum, lucidum, leue, trium mensum, maturum, mun-  
dum, pinguisq; terra ortum. Non plerunque euenerit (teste etiam Galeno libro primo de alimentorum facultatibus) ut quod foris flauum, densumq; appareret triticum, intus raram, laxum, albumq; conspiciatur, quod utiq; plurimum furfuris habet. Quo fit, ut panes furfuracei inde confecti infirmum non modo præbeat alimentum; uerum etiam uen-  
triculum ipsum excrementis repleant. Farina porro ea ceteris præstat, quæ non ad summum molita, non noua, non longi temporis, & crassi furfuris fuerit. Nam quæ superflue molitur, furfuracos facit panes: & quæ recentior est, adscititiam mole caliditatem retinet: quæ uero iandiu molita fuit, puluere, situ, carie, aut uiroso aliquo odore la-  
befactatur. Hæc deinde, dum fit panis, optimæ est associanda aquæ, eaq; subigenda, quæ fluxerit è laudatissimis fonti-  
bus, pellucida sit, non palustris, neq; cennum, aut limum redoleat. Quinetiam fermentum admiscendum fuerit triticeum, non antiquum, mediocris quantitatibus, ne inde ipsius abundantia panis acorem contrahat. Inijciendum est & sa-  
lis albi parum, ut panis sapidior efficiatur. Post hæc farina ita subacta, optimi manibus pinsitur: mox massa illa in pa-  
nes mediocris magnitudinis digeritur, qui postquam abunde creuerint, & fermentati fuerint, in clibanum prius & qua-  
liter calefactum, deinde à cineribus, & pruni expurgatum decoquendi immittuntur. Sed furnus inste capacitatis sit  
oportet, ita ut quantitati panis proportione respondeat. Quippe quemadmodum modica panum quantitas in amplum  
clibanum missa exiecat, ac comburitur: ita & magna in angusto simul comprimitur, & decoqui nequit. Quamob-  
rem panes (dicebat Galenus citato loco) ad concoctionem probatissimi sunt, qui plurimum fermentati, & probe elab-  
orati in clibano igne moderato percoquuntur. Nam profusior ignis primo statim occursu adurens, exteriorem su-  
perficiem in teste modum indurat, crudis incolitisq; remenantibus interioribus partibus. Vnde accedit, panem hunc  
uisu iniucundum fieri, & duplice nomine prauum. quod interne crudus sit, atq; illaboratus: externè uero siccus, &  
præassatus. Qui autem longiore spatio undiq; æquabiliter præassatur, hic & probè in uentriculo concoquitur, atque  
ad actiones, quæ coctionem consequuntur, accommodatissimus redditur. Triticum in agris facile degenerat in lo-  
lium: præsertim cum annus pluvius, frigidusq; aduenierit, ut in lolij mentione latius dicemus. Fit è tritici granis in-  
ter ferri laminas igne calefacti compressis oleum, quod ad ulcerum sinus commendant. Sunt etiamnum, qui eo ut an-  
tetur ad pedum, & manuum rimas, quas frigus excitauerit: item ad asperam cutim leuigandam. Meminit tritici Ga-  
lenus libro VIII. simplicium medicamentorum, sic inquiens. Triticum ut medicamentum foris impositum, primi est  
ordinis excalcentium: non tamen nec resicare, nec refrigerare manifestò potest: habet uero etiam quiddam ui-  
scosum, & obstruens. Porro quod ex eo conficitur amyllum, eo tum frigidius est, tum siccus. Quod uero ex pane fit  
cataplasma, uim habet magis digerentem, quam quod ex tritico: nimurum cum & salem, & fermentum panis adiun-  
cta habeat: quippe cum fermentum uim habeat attrabendi, digerendiq; ea, quæ in alto resident. Et primo de fa-  
cultate alimentorum: In cibum assumptum (inquit) egræ concoquitur, flatus excitat, laborem uentriculo infert, &  
caput uaporibus tentat. Triticum sic Latine dicitur: τριτός Græce: Henta, Henca, siue Haniba Arabicè: Gra-  
no, Italice: Yueyssen, Germanice: Trigo, Hispanice: Fourment, Gallice:

Oleum è tri-  
tico.Tritici uires  
ex Galeno.

Nomina.

HORDEVM est candidum, purumque. Id minus, quam triticum alit. Ptisana tamen ob cre-  
morem in decoctione redditum, plus alimenti præbet, quam polenta ex hordeo facta. contra acri-  
monias, atque gutturis scabritias, exulcerationesque pollet: quibus etiam triticea ptisana præsidio  
est: sed plus alit, magisque vrinam mouet. Lac abunde suppeditat, si cum foeniculi semine decocta  
forbeatur. Hordeum absterget, vrinam ciet, inflationem parit, stomacho aduersatur, tumores con-  
coquit. Farina hordeacea decoquitur in multis aqua cum fico, vt inflammations, collectionesque  
discutiat: duritias cum resina, & simo columbarum concoquit: cum meliloto autem, & papaueris  
calyce

Hordei confi-  
deratio.Hordei facul-  
tates ex Gal.Ptisanæ con-  
sideratio.Manardi opi-  
nio.Panis horde-  
aceus.Polenta con-  
sideratio.

calyce dolores finit, qui latus excruciant: aduersus intefinorum inflationes cum lini semine, scenograeco, & ruta illini iuuat: strumas cum pice liquida, cera, oleo, & impubis pueri vrina, ad concoctionem perducit: & cum myrto, aut vino, aut malicorio, aut sylvestribus pyris, aut rubo, alui profluvia fistit: podagrīcī inflammatiōnibus cum cotoneis, aut aceto prodest: decocta in acri aceto, modo quo hordeaceum cataplasmā, & calida imposta, lepris medetur. Cremor verò farinæ ex aqua, atq; cum pice, & oleo decoctus, puri mouendo est: cum aceto subactus, itidem & cum pice contra articulorum fluxiones prodest. Farina ex his aluum cohibet, inflammationesque mitigat.

**N**O N minus Hordeum in Italia uulgaris notitiae est, quam triticum. Est autem (ut Theophrastus libro VIII. cap. I. de plantarum historia memorie prodidit) in hordei genere differētia. quippe quod aliud binis uersibus, aliud ternis, quater- nisq; , cumq; plurimū senis: est enim uel eiusmodi quoddam genū. Quod uero pluribus construitur uersibus, hoc semper ferē spissius, posituq; arctius constat. Magnam & Indicū differentiam facit: quandoquidem ramis natum sit brachiari, ut propo- sui. Et spīce uero alijs grandiores, rarioresq; constant: alijs mi- nores, frequentioresq; : & alijs distantiores à folijs, alijs proximi- mores, ut Achilleis cognomine. Et hordeorum ipsorum aliud ro- tundius, minusq; : aliud oblongius, maiusq; , atq; in spīca rarius. Item aliud candidum, aliud accedens ad purpuram, quod & fa- rinam reddere copiosius creditur: & contra hyemem, & flatus, et in totum contra celi mutationes candido ualidius esse uidetur. hactenus Theophrastus. Oritur & in Gallia hordeum, quod can- tiberinum dici putauerim, quia folliculo castratum enascitur. Gal- li qui serunt, mundum uocant hordeum, quod sponte granum gluma concidat, in reliquo autem non nisi egrē deglu- bitur. Hordeum magis, quam triticum, rubiginem sentit, minusq; tolerat imbrium impetus. Siquidem infestis imbrī- bus, aut uliginosis locis, aut longiore pluvia dilutis satum in lolium degenerare affirmant. Hordei meminit Gale- nus libro VII. simplicium medicamentorum, ubi ita scriptum reliquit. Hordeum primi est ordinis in exiccando, & refrigerando: habet etiam pauxillum absterisionis. Paulò etiam plus desiccatur, quam farina fabacea, cui nō insint cor- tices: cetera uero similia sunt foris utentibus. In cibo autem hoc fabis prestat, quod flatuosam naturam exuat: fas- bis, quantumcunq; coxeris, flatuosa natura remanet: sunt enim crassioris essentiae, quam hordeum. quamobrem eo plus etiam alunt. Porro quoniam utrumq; paulum à medio recepit, multo sunt usui. Nam talia medicamenta multis alijs miscentur, cœu materiae quædam: itaque etiam cera, & oleum, non paucis medicamentis coniunguntur. Alphi- ton uero, hoc est polenta, multo plus hordeo desiccatur. Et primo de facult. alimentorum sic inquit. Hoc item semen in usu frequenti apud homines est, quod non eandem cum tritico habet facultatem. Siquidem illud palam calfacit, hoc uero non modo non calfacit (quo modo nonnulla, que in medio sunt calefacentium, & refrigerantium, ut amyolum, & clotus panis) sed quoquo modo ipso utare, siue panes ex ipso feceris, siue ptisanam coxeris, siue polentam para- ueris, um quandam refrigerandi habere cernitur. Dissidet præterea succi specie à tritici natura hordeum: nam ex succis, quos utrumque semen gignere natum est, qui quidem e tritico in nobis prouenit, crassus, & uiscosus est: qui ab hordeo, tenuis, ac nonnihil deteriorius. Nulla igitur apparandi ratione hordeum unquam calfacit: sed uarie pro mo- do preparationis humectat, ac desiccatur. Etenim manifeste cernimus, polentam ex tosto hordeo factam siccare: ptis- sanam contrà humectare, si quidem ut decet fuerit parata, hoc est, cùm in coctione quam plurimum intumuerit, po- stea igne lento per multum otium in chylum fuerit redacta. h.e.c Galenus. Ceterum cùm recentiores medici Gale- ni ptisanam non ritē, & ad unguem parare nouerint, eius uice integrum deglubitum hordeum accipiunt, & tantisper decoquunt, dum puluis speciem referat: tunduntq; deinde, & tenui incerniculo percolant, modo saccharum, mo- dō dulcium amygdalarum, modo melopeponum, ac papauerum seminis cremorem, pro morborum ratione addentes. Manardus uero Ferrarensis, etate nostra acutis morbis minimè competere antiquorum ptisanam, minusq; recentiorum existimat: quod, ut ipse afferit, Itali huic cibo à teneris non assuerint, quodq; nostri usus hordeum antiquo- rum hordeo facultate sit longe infirmius. Cuius tamen sententia non uulgaris ratione duelli medici Hippocraticam, Galenicamq; doctrinam sequentes, minimè adstipulantur. Porro hordeaceus panis præter id, quod uentriculo la- borem inferat, frigidos, lentoq; succos generet, parum nutrit, flatusq; gignit: quanquam afferunt nonnulli podagrīcī hordeaceum panem peridoneum esse. Sed cum polenta speciatim ex hordei farina fiat, interponaturq; sèpius à Dioscoride simplicibus medicamentis, ut omnibus palam sit, quidnam extiterit polenta apud antiquos, non alienum duximus hic de ea differere. Polentam ueteres pluribus modis faciebant, ut Plinius est auctor lib. XVIII. cap. VII.

Graci

Græci enim perfusum aqua hordeum nocte una siccabant, ac postero die frangebant: deinde molis frangebant. Erant et qui uebementius tostum rursus exigua aqua aspergerent, siccarentq; prius quam molirent. Alij uero uirentibus spicis decussum hordeum regens purgabant, madidumq; tundebant in pila, atq; iu coribibus elubant: siccatumq; in sole rursus tundebant, et purgatum molebant. Quocunq; autem genere preparato uicenis hordei libris, ternas seminis luni, et coriandri felibras, salisq; acetabulo, torrentes ante omnia mitebant in mola. Itali uero sine perfusione hordeum tostum in subtilem formam molebant, ijsdem additis, atq; etiam milio. hec ex Plinio. Ceterum aliam rationem parandi polentam prodidit Galenus libro primo de alimentorum facultatibus. Vbi non ex alijs seminibus admittis, ut Plinius tradit; sed ex hordeo tantum recenti, ac nouo mediocriter tosto laudissimam fieri polentam scribit.

Quare crediderim, ijs medicamentis, quæ in Dioscoridis, et Galeni scriptis polentam expetere inueniuntur, eam legitime imponendam esse, quæ ex recenti, et uiridi adhuc hordeo modice tosto, et in farinam redacto parari debeat: quod de hac utrumque intellexisse non dubitem. Hordeum quod Latinis, neq; Græcis appellatur; Arabibus, Xa= Nomina. haer, aut Shair: Italos, orzo: Germanis, Gersten: Hispanis, Ceuada: Gallis, Orge.

Zylos. ZYTHVM.

CAP. LXXX.

Ex HORDEO potus fit, cui Zytha nomen est. Is vrinam cit. renes, & neruos tentat: membranis, præfertim cerebrum vestientibus, officit. Inflationem parit, vitiosum succum creat, elephantiasin gignit. Perfusum zytho ebur, obsequiosum, & operi tractabile redditur.

Kοῦρη. CVRMI.

CAP. LXXXI.

FIT ET ex hordeo potus, quem Curmi nominant. eoq; sœpe potu pro uino vtuntur: verū dolorem capitum mouet, malum succum gignit, neruis nocet. Consimilia etiam potus genera ex tritico fieri solent, in Iberia, quæ occidentem spectat, & Britannia.

ZYTHVM, quantum ex Dioscoride colligi potest, potus sanè fuerit ex macerato hordeo, uel tritico paratus, Zythi, & curmis maxime similis, qui aquilonaribus regionibus Ceruifia appellatur. Siquidem huius rei testis est Plinius lib. xii. capite ultimo, ubi sic inquit. Et frugum quidem hec sunt in usu medico. Ex ijsdem fiunt et potus: zythum in Aegypto: cælia, et ceria in Hispania: ceruifia, et plura genera in Gallia, alijsq; prouincij. hec Plinius. A zytho parum differt Curmi, quod et ipsam paretur e frugibus, nimurum hordeo, triticōq; in aqua maceratis, bibaturq; uniuerso loco. Quamobrem credendum est, nil aliud zythum, et curmi fuisse antiquis, quam Ceruifia, quam loco uniuersi bibit hoc 30 aeuo uniuersa regio septentrionalis: nempe Germania, Bohemia, Polonia, Cimbria, Gallia, et aliæ algentes Europa regions. Nec etiam inter zythum, et curmi crediderim esse differentiam, quam in conficiendi ratione, cum eorum utrumque fiat ex eadem fruge. Siquidem conficiendi ratio uno, uel altero modo adhibita, rerum facultates et auget, et imminuat, etiam plus, uel minus cocturæ adhibent artifices, quemadmodum etiam hac tempestate in Germania euenit. Nam etsi omnes illi potus ex hordeo, uel tritico parentur; diuersa tamen est apparandi ratio, cum saporibus inter se differant. Aliæ nang, dulces, grataeq; gustui sunt: aliæ uero amarae, austereq; habentur. quinetiam aliæ turbide, aliæ clare pellucidæq; cernuntur. In Bauaria antequam potus suos conficiant, hordeum, et triticum macerant lupulorum decocto. Quo fit, ut non leui plectatur pena, qui lupulos secuerit, uel desperdit. Serunt enim Bauari lupulos, coluntq; hanc ob causam, ut nos uites, demetuntq; eorum flores, et fructus statutis temporibus: quandoquidem eorum decocto maceratae fruges, non modo fermentantur; sed et uniuersum induunt. Quapropter potus inde confessus gustatu gratarior euadit. Inebriat is largius sumptus, quemadmodum et uniuersum, perduratq; eius temulentia longe diuitius, quod crassior, concoctuq; difficilior sit, quam uniuersum. Zylos Nomina. sic Græce, ut Zythum item Latinæ, et Italice Zitho uocatur.

ZE A.



Zea. ZE A.

CAP. LXXXII.

ZE A duorum generum est. una simplex: altera in geminis putaminibus grana bina juncta gerit, ob id dicoccos appellatur. Plus quam hordeum alit, ori grata. digeritur in panificia, minus quam triticum alens.

NISI Zea, de qua hic differit Dioscorides, illud fuerit fru= NISI Zea, de qua hic differit Dioscorides, illud fuerit fru= gis genus, quod Itali partim Spelta, partim Pirra uulgo dicunt; gis genus, quod Itali partim Spelta, partim Pirra uulgo dicunt; aliam quidem frugis speciem prouenire in Italia non facile credi= aliam quidem frugis speciem prouenire in Italia non facile credi= derim,

Zea confide-  
ratio.